

Pascasius secundus tantum expulsus est, quod tres
pape facti fuerunt et ab eo confusi et prostrati sunt.
Et imperator eum tenuit in vinculis duobus mensibus eo quod
ejus patrem prohibuit sepeliri et quia eum volebat consecrare
nisi reddidisset patrimonium ecclesiarum. Deinde pace
folys formata coronatus est. Tunc temporis fuit comitissa Matelda
bellicosa que ecclesiam multum exaltavit.

Gelasius II cepit a D 1118 s. a 1 d 6 imp Enrico Gelasius
II apud Capuam ob metum imperatoris consecratus est et
imperator intravit Bracharum utrum pessimum Et Gelasius
obcessit exulatus

Calixtus II cepit a D 1119 s. a. 5 m 10 d 28 imp. Enrico
Calixtus II filius comitis Bergis de nobili genere, et nobilior
bonitate Roman veniens intrusum scilicet Brundium cepit
et pro palafredo posuit eum transversus in camelo et pro
pino caudam tenuit et pro pilles pillosam pellem et in
Cavensem monasterium detrusit ubi vitam finivit et tunc
imperator ad pacem rediit.

Honorius II cepit a D 1124 s. a 6 m 1 d 28 imp Enrico
post Lothario qui imperavit a 12

Innocentius II cepit a D 1130 s. a 13 m 6 d 8
imp Lothario post Corado qui imperavit a 13 antipapa
1045 Peto Petri Leonis. Innocentius secundus primofugatus est
propter Petrum heresiarcham qui postea Roman adiit cum Lothario
rege Francorum et obtinuit et eundem coronavit cujus
auctoritate ecclesia Compostellana scilicet Jacobensis
metropolitana facta est loco civitatis Merech que
primo Bracarense subiacebat pro qua Colimbria data est
Hic fortis, hic bellicosus fuit et multos subjugavit
et clericis privilegium dedit: Quod quisque eos
percurserit Roman veniat absolvens propria persona
lesis de injuriis satisfacto: ~~17~~ 17 questione 4^a Siquis suadente

Celestinus II natione Tuscor cepit a D 1143 s. a. 1 d 14
imp. Corado Celestinus II manu armata capitolum ascendit

12 fuit in 1143
13 fuit per
14 fuit pro